Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Obligationibus Specialibus Certorum Statuum, De Sacramentis In Genere, Et In Specie, Et De Censuris Et Irregularitatibus

Antoine, Paul-Gabriel

Ingolstadii, MDXXXIV.

VD18 90392167

Q. 12. Quinam sunt effectus Baptismi?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41032

Visual Library

næ, & ſcandali, abſtrahendus eſt à parentibus, ut erudiatur in fide Chriſtiana: quia per Baptiſmum Eccleſia acquiſivit jurisdictionem in eum, ac jus ad eum chriſtianè inſtituendum, & ipſe contraxit obligationem addiſcendæ & ſervandæ legis Chriſtianæ, quod præſtare nequit apud parentes.

Dixi, *ſecluſo*, &c. quia bonum Religionis & multorum præferri debet bono privato.

Q. 12. *Quinam ſunt effectus Baptiſmi?*

Reſp. Hi 1. Tollit omnem culpam & pœnam, ſi non adſit obex. 2. Confert ex opere operato gratiam ſanctificantem, & virtutes infuſas. 3. Ejus intuitu conferuntur ſuo tempore gratiæ actuales fini ſuo accomodatæ, nimirum ad ſanctè & chriſtianè vivendum, ut decet Filios Dei hæredes & cohæredes Chriſti. 4. Imprimit caracterem indelebilem. 5. Conſtituit membrum Eccleſiæ, ejusque poteſtati ſubjicit. 6. Tribuit capacitatem recipiendi alia Sacramenta, & jus ad illa, cæteraque Eccleſiæ bona communia. 7. Inducit obligationem ſervandi mandata Dei & Eccleſiæ, atque vitam Chriſtianam ſeu conſentaneam doctrinæ & exemplo Chriſti traducendi.

Q. 13. *Quænam diſpoſitiones requiruntur in Adultis ad recipiendam gratiam Baptiſmi?*

Reſp. I. Si Adultus præter peccatum Origi-

nale